

Siquidem^{zz)} et Plato⁹¹⁾, ut dicit Augustinus, *philosophiam perfecisse laudatur, que in tres partes ab ipso distribuitur, unam videlicet naturalem, aliam rationalem, tertiam vero moralem*. Et fortasse, qui Platonem acutius ac veracius intellexerunt, tale aliquid de Deo omnium creatore, gubernatore, conservatore senserunt, ut in eo sit *causa omnium naturarum, lumen omnium rationum et finis omnium actionum*. Sitque in illo et *causa subsistendi, et ratio intelligendi, et ordo vivendi, quorum videlicet trium unum pertinere intelligitur ad naturalem, alterum ad rationalem, tertium ad moralem*. Itaque si homo ita creatus est, ut per id, quod in eo precellit, attingat ad illud^{a)}, quod cuncta precellit, id est unum verum optimum Deum, sine quo nulla natura subsistit, nulla doctrina instruit, nullus^{b)} usus^{c)} expedit, ipse querendus est, ubi nobis secunda sint omnia, ipse cernendus, ubi nobis certa sint omnia, ipse diligendus, ubi nobis recta sint omnia. Plato quippe Dei⁹²⁾ huius imitatore^{d)}, cognitore^{d)}, amatorem dixit esse sapientem. Ad hec itaque^{e)} tria spectant tres prime partes huius operis, videlicet naturalis et doctrinalis et moralis; porro quarta et ultima videlicet historialis, licet ad philosophiam directe non pertineat, eo quod singularia rerum gesta tantum enarrat, de quibus scilicet singularibus secundum Aristotilem⁹³⁾ ars non est, plurimum tamen^{f)} admirationis et recreationis et utilitatis habet, ut^{g)} iam superius ostensum^{h)} est^{zz)}.

c.) 17. De materia uniuscuiusque partis¹⁾

Igitur prime partis fundamentum^{k)} est Historia Sacra^{k)} ab ipso principio creationis¹⁾ rerum¹⁾ usque ad requiem^{m)} Sabbati, cui etiam diffusius^{m)} interseruntur ea, que pertinent ad naturam celi et mundi, etⁿ⁾

zz-zz) In prima quidem agitur de humani generis constitutione, in secunda de ipsius instructione, in tertia vero de eiusdem propagatione. Itaque pars (fehlt D₁) prima non inmerito vocatur Speculum Naturale, secunda vero Speculum Doctrinale, tertia quoque Speculum Historiale D (dafür fehlt der restliche Teil des Kapitels) ^{a)} illa N₃ ^{b)} nullusque H ^{c)} fehlt N₁ ^{d-d)} cognitore, imitatore H₃H₃H₄H₅ ^{e)} igitur H₃H₄H₅ ^{f)} folgt et H₃H₄H₅ ^{g)} folgt ut H₃ ^{h)} dictum H ¹⁻¹⁾ fehlt D (das Folgende daher Fortsetzung von c. 17) ^{k-k)} est Historia fundamentum Sacra D₁; est Historia Sacra fundamentum D₂D₃ ¹⁻¹⁾ fehlt D ^{m-m)} eiectionem hominis lapsi de Paradiso; cui videlicet historie D ⁿ⁻ⁿ⁾ H₁ am Rande nachgetragen; fehlt N; et in fine adiciuntur cuncta, que pertinent ad ruinam et sequelam peccati. Porro D

⁹¹⁾ De civitate Dei VIII, 4.

⁹²⁾ De civitate Dei VIII, 5.

⁹³⁾ Mehrfach, u. a. Met. 1003a 15, 1059b 26, 1060b 20, 1086b 5, 1086b 10, 1086b 33.